ſcrutata ē anima xpi cum ingreſſa in illiſ & ſapientiam eoſ docuit
& repleuit doctrina · Declaratio ſermonum tuorum inluminat
id inluminatur xpſ cum apoſtoloſ multiplicat ur eccleſia intel
lectuſ datur paruuliſ cum praedicatione gentium fideſ extendi
tur · Oſ meum aperui & attraxi ſpm non dixit amiſi ſed adtraxi quia
quem uerba adſumpſerat deitatiſ imperio ſuſcitabat · Aſpice in
me miſerere mei ſecundum iudicium diligentium nomen tuum ·
Iudicium diligentium dnm apoſtoli intelliguntur ut illud ſedebitiſ &
uoſ ſup duodecim tronoſ iudicanteſ · Greſſuſ meoſ dirige ſecundum
eloquium tuum & cet · Diriguntur ergo greſſuſ xpi cum ſuſceptuſ
homo portaſ penetrat inferorum · Redimitur xpſ a calumniiſ omni
ū cum in caelo homo conlocanduſ adſummitur · Inluminatur fa
cieſ eiuſ cum preſentibuſ diſcipuliſ & moyſi & helia tranſfiguratur
in monte · Exituſ aquarum deduxerunt oculi ei uſ quia illi quoſ
amabat non cuſtodierunt legem dī · SADE Iuſtuſ eſ dne & rec
tum iudicium tuum & cet · Iuſtuſ ut redimereſ rectuſ cum unum
quemque non ſeueritate iudicaſ ſed ſuſtinentēſ ſeueritate damnaſ
Tabeſcere me fecit zeluſ meoſ quia obliti ſunt uerba tua inimici mei
ſignificat hominem dō zelantem non ſibi amoriſ ē enim iſte zeluſ non
liuoriſ · Ignitum eloquium tuum uehementer & ſeruuſ tuuſ dilex
illud · Verba diuina bene cauteribuſ conparantur nam ubi inpreſ
ſa dominico gregi fuerint mox uoraceſ diaboli repelluntur inſi
diq · Aduluſcentuluſ ſum ego & contemtuſ & cet · Haec uox xpi eſt
contemtuſ ut illud populuſ meuſ contemſit me & abierunt poſt uana
gentium · Tribulatio & anguſtia inuenerunt me & cet · Inuenit
dnm ſaluatorem nrm tribulatio pariter & anguſtia cum genſ dī
amata ſit diabolo preda · Aequitaſ teſtimonia tua in aeternum & cet
aequitaſ ut tempora penitendi concedaſ · Intellectuſ ut homineſ
in patientia ſuſtinere conſueſcaſ COF Clamaui
in toto corde meo exaudi me dne & cet · tunc in toto corde clama
tur quando aliunde non cogitatur ſed ſic clamat ut iuſtificationeſ
dni requirat · Praeueni in maturitate & clamaui & cet · Ebreuſ
dicit praeueni in tempeſta noctiſ accipiamuſ hoc totum ſcdm noc
tem · Nocte clamamuſ ad dnm & preuenimuſ maturitatem tempo
riſ in quo nobiſ r[...]aturuſ eſt quod promiſit · Praeuenerunt oculi
mei ad te diluculo ut meditarer eloquia tua · Ponamuſ matutinu
quando qui ſedebant in umbra mortiſ lux orta eſt eiſ ad hoc
matutinum oculi eccleſiae praeuenerunt quia hoc futurum
antea praeuiderunt · Vocem meam audi ſecundum miſericor
diam tuam & ſecundum iudicium tuum uiuifica me · Priuſ enim dī
ſecundum miſericordiam aufert a peccatoribuſ poenam eiſque
poſtea iuſtiſ ſecundum iudicium dabit uitam · Adpropinqua
uerunt pſequenteſ me & cet · Adpropinquant pſequenteſ noſ
cum animum noſtrum diuerſe cogitationeſ pariter & ambiti
oneſ obſident ſed p legem dni longe fiunt cum ea meditatione diui
na de nriſ pectoribuſ effugantur · Prope eſ tu dne & omneſ uiae tuae
ueritaſ ut illud adpropriate ad me & adpropriabo ad uoſ · Initio
cognoui de teſtimoniiſ tuiſ quia in aeternum fundaſti ea · Initiū
uitae noſtrae confeſſioniſ tempuſ eſt · Cognouerunt quibuſ teſta
tuſ eſt daturum ſe regnum ſuiſ filiiſ ſempiternum RES
Vide humilitatem meam & eripe me & cet · quia qui ſe exaltat humi
liabitur & cet · quod enim ait uide humilitatem meam hoc repe
tit iudica iudicium meum · Longe eſt a peccatoribuſ ſaluſ quare
ſubiungenſ ait quia iuſtificationeſ tuaſ non exqueſierunt & cet
Multi pſequenteſ tribulabant me & cet · hoc in martyreſ cognoſcimuſ
purpurata eſt uniuerſa terra ſanguine martyrum floret cae
lum coronaſ martyrum · Vide quia mandata tua dilexi dne
miſericordia tua uiuifica me · ac ſi dicat · iſti mortificant uiuifi
ca · Principium uerborum tuorum ueritaſ hic principium ·

uerborum dni aduentuſ eiuſ pietaſ intellegenda eſt quae
clamat uenite ad me qui laboratiſ & ego uoſ reficiam SIN
Principeſ pſecuti ſunt me gratiſ · haec uox xpi eſt quae
& ſubdit laetabor ego ſup eloquia tua · priuſ formidat
non mortem ſed illud quod ore prophetarum adgemeſſe
dnſ promiſerat tranſiturum poſtea laetatur ſup eloquia
dni prophetarum ore praedicata cum gentium ſpolia
ſuperato diabolo detrahuntur · Septieſ in die laudem
dixi tibi & cet · ſeptieſ quod ait in die ſignificat ſemper
ſolet quippe iſte numeruſ uniuerſitatiſ indicium eſſe
quia p ſeptem dieſ uniuerſa uoluuntur tempora ·
Pax multa diligentibuſ legem tuam ut illud pacem meam
do uobiſ · Expectabam ſalutare tuum dne · haec uox an
tiquorum iuſtorum expectantium ſaluatorē · Cuſto
diuit anima mea teſtimonia tua · Cuſtodiuntur teſtimo
nia dī dum non negantur quia omneſ uiae meae in conſpec
tu tuo · Adhoc ſunt ergo in conſpectu dni uiae iuſtorum
ut dirigat greſſuſ eorum · THAV Adpropin
quat deprecatio mea in conſpectu tuo ut illud prope
ē enim dnſ hiſ qui obſtruerunt cor · Secundum eloqui
um tuum da mihi intellectum · promiſſum petit promi
ſit enim hoc dnſ ubi ait intellectum dabo tibi · Intret
poſtulatio mea in conſpectu tuo repetito eſt · Eructa
abunt labia mea ymnum cum docueriſ me iuſtificationeſ
tuaſ · bene eructant labia quod pectore meditantur
iſte mihi uidetur ymnuſ quem increpante phariſeo
publicanuſ corde cantauit in templo · Pronuntiauit
lingua mea eloquium tuum & cet · penitentiſ lingua
pronuntiat eloquium dī cum reuerſuſ ad pem
tentiam clamat dne parce mihi peccatori · Fiat
manuſ tua ut ſaluet me quia mandata tua elegi id ut
ſaluum me de manu faciaſ aliena · Concupiui saluta
re tuum dne id xpm eccleſia & lex tua meditatio mea
quia lex peribet teſtimonium xpo · Viuet anima mea
& laudabit te · bene eiuſ anima uiuet in aeternum
cuiuſ in ſclo moritur caro · Erraui ſicut ouiſ que perit
quaere ſeruum tuum quia mandata tua non ſum oblituſ
adhoc confitetur errorem ut abſolutione ſit dignuſ · ad
huc ergo ouiſ iſta pdita id genuſ humanū quaeritur
& p ſui paſtoriſ ſanguinem fuſū atque diſ pſum in omni
buſ gentibuſ inuenitur CXVIIII CANTICV GRADVVM
graduſ uel deſcendentiū ſunt uel aſcendentium ſed hic aſcen
denteſ ſignificat eſt monſ quo aſcendamuſ id dnſ ihſ xpſ & unde
aſcendemuſ id de conualle humilitatiſ de conualle plorat io
niſ nam ut aſcendamuſ deſcendit ad noſ & uerbum caro factū
eſt & habitauit in nobiſ & fecit nobiſ uallem plorationiſ un
de aſcendamuſ ad id quod in principio erat uerbū & cet · Vide
amuſ qui ſunt aſcendenteſ id qui proficiunt ad intelligentiam
ſpiritalem quorum uox dicit Ad dnm cum tribularer
clamaui & exaudiuit me · non Adixit quando ſecuruſ
eram aut laetuſ ſed cum tribularer exaudiuit me id fecit
me ſtare in primo gradu · Quid eſt primuſ graduſ niſi di
mittere terrena · Dne libera animam meam a labiiſ ini
quiſ & a lingua doloſa id a iudeiſ uel ab omnibuſ hereti
ciſ · Et reſpondebit tibi dnſ quid detur tibi aut quid adpo
natur tibi a lingua doloſā · Ipſe dicturuſ eſt qui interro
gat ſeq · Sagittae potentiſ acutae cum carbonibuſ deſola
toriiſ · & carboneſ deſolatorii & ſagittae potentiſ uerba
dī ſunt quae uaſtant in homine terrenaſ cogitationeſ

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.4, 4v – Commentarius in Psalmos; Commentarius in Proverbia Salomonis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-cso6/2300/26720)